



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Synodus Osnabrugensis, ejusdem Episcopi septima, celebrata V Martii MDCLII; cum addendis ad Catalogum Cleri, quae hactenus omissa fuerant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

D I O E C E S A N A
S Y N O D V S
O S N A B R V G E N S I S
S E P T I M A,

P R A E S I D E N T E

Reverendissimo & Illustrissimo Principe
ac Domino,

D. F R A N C I S C O
G V I L I E L M O,

E P I S C O P O E C C L E S I A E O S N A B R V G E N S I S ,
N E C N O N R A T I S B O N E N S I S ,
M I N D E N S I S A C V E R D E N S I S ,

C o m i t e d e W a r t e n b e r g & S c h a w m b u r g , D o m i n o i n W a l d
& H a c h e n b u r g ,

C E L E B R A T A

A n n o M D C L I I , F e r i à t e r t i à p o s t D o m i n i c a m O c u l i ,
q u a è r a t v M a r t i i .

O R D O E T C Æ R I M O N I A E
S Y N O D I .

PRIDE Synodi indicta , que erat
quarta dies mensis Martii , compa-
ruerunt Osnabrigi in Residencia Il-
lustrissimi , coram praefata Illustrissi-
ma Sua Celsitudine , hora secunda

pomeridiaria , omnes & singuli ad Synodum evocati ,
iis exceptis qui se in scripto excusari fecerunt . P ræ-
lecta tum fuit Disciplina Synodalis , ceteraque
omnia ac singula , ut in Synodo Osnabrugensi quinta
ad primam Sessionem inclusive observata fuerunt .

S E S S I O P R I M A .

IPSA die Synodali , que erat quinta Martii ,
Clerus ex Cathedrals processionaliter obviam
processit Illustrissime Sua Celsitudini , eodem
ordine ac modo , qui in Synodo quinta observatus
fuit . Illustrissimus , ingessus Ecclesiam , confutis
cerimonis & precibus præviis , ascendit thronum
suum Episcopalem , in quo cum modico spatio confe-
disset , inchoavit Nonam . eaque finita , ad Sacrum
solemne

solemne votivum de Spiritu sancto cantandum perrexit. Sub Sacro, generalis erat totius Cleri, ex manibus Illustrissimi, communio, stolis rubris à Sacerdotibus de more assumptis.

Finito Sacro, & depositis paramentis Missæ, assumpsit Illustrissima Sua Celsitudo Pluviale auriprygiatum; ac in celebrandâ Synodo, juxta præscriptum Synodi quinta Osnabrugensis, processit.

Leôlo Decreto, per Illustrissimam Sua Celsitudinem Synodum presentem aperiendam esse, ministri Synodales iidem, qui in priori Synodo, nominati fuerunt. Quibus, in locis suis, confidentibus, & accusata, per Promotores, absentium contumacia, reproduxit Synodi Secretarius literas citationis ad Synodum, cum protestatione, eas sufficienter intimatas esse, ac idcirco absentium excusationes hac ex causa annullandas. Prælegit deinde Catalogum Cleri, eo ordine, prout in Synodo majori Osnabrugensi de anno M D C XXVIII habetur, nullis omnino Parochiis omisis, sub cuiuscunque etiam

ditione situatis. Subsecuta deinde fuit Concio Synodalis, habita ab ipsamet Illustrissima Sua Celsitudine ad integræ hore spatiū, cum magno auditorum fructu. Et quoniam, hisce præviis, Statuta Synodalia, pro exigentia statu & discipline Ecclesiastice confecta, publicari & prælegi consueverunt; Illustrissima vero Sua Celsitudo dolenter comperit, ea, qua prioribus Synodis Decreta fuerant, à nonnullis non observari, multiudinem etiam Decretorum, quantum fieri potuit, vitandam judicavit: hinc clementissime demandatum fuit Secretario Synodi, ut, quo in duabus prioribus ultimis Synodis fuere promulgata, denuo pro maiori Cleri observantia promulget. Cumque ad Decretum sextum, de Professione fidei juxta Concilium Tridentinum in Synodo facienda, perventum fuisset, omnes & singuli dictam professionem, qui antehac eandem in Synodo nondum præstiterant, emiserant; & reliqua omnia, ut in prima Sessione Synodi quinta, peracta fuerunt.

SESSIO SECUNDA.

Hora primâ cum dimidiâ post meridiem, datum est signum ad Completorium, interim denuo, majori campanâ facta compulsa ad Sessionem Synodalem, per medium horæ spatiū. Horâ secundâ processit Illustrissimus ad Ecclesiam; quem Capitulum Cathedrale ad fines Ecclesie expectaverat; & posteaquam Illustrissima Sua Celsitudo, Ecclesiam ingredienti, aspergillum a Domino Praeposito porrectum esset, in hac Sessione, uti in priori, processum fuit. Cum porro, præviis ceremoniis juxta dispositionem & præscriptum Pontificalis, locum Synodalem omnes ascenderint, Illustrissima Sua Celsitudo denuo, per horas, dixit ad Clerum. Finito sermone, prælecta adhuc residua Decreta, in duabus prioribus Synodis lata; reliquaque omnia ut in Synodo quinta, cum indicione proxime, die octava Octobris, labentis anni, habende, peracta fuerunt; & præsens Synodus, cum solitis ceremoniis & acclamacione, in Domino dimissa fuit.

Et quia ego Ioannes Brogborn, I. V. L. & Collegiatæ Ecclesiae SS. Ioannis Baptiste & Euangeliæ Ratisbonæ Canonicus, & Pastor in Rimschloe, à suprà memorato Reverendissimo & Illustrissimo Domino Præside, in Actuarium hujus Sacrae Synodi deputatus fui, Decretorum Synodalium promulgationi reliquisque in ea retractatis interfui; idcirco eisdem Decretis, in fidem eorundem, propria manu subscripsi. Acta sunt hæc, anno, à parte Virgineo, M D C LII, Pontificatus SS. Domini nostri Innocentii X, octavo, diebus, mense & loco, quibus supra; præsentibus Venerabilibus ac Eruditis Dominis, Antonio Sollinger & Nicolao Schaberg, Cathedralis Ecclesiae Osnabrugensis Vicariis, ac respectivè Sacristano & Notario publico, testibus, ad hoc specialiter requisitis, & fide dignis.

Ioannes Brogborn I. V. L. Capellanus major Illustrissimi Osnabrugensis, Pastor in Rimschloe, & Actuarius causarum Ecclesiasticarum, ad hoc specialiter deputatus, subscripsit.

DIOE-